

Universitätsbibliothek Wuppertal

Ivstiniani Avgvsti Historia

Procopius <Caesariensis>


Lugduni, 1594

Widmungsbrief

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-147](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-147)



NOBILI
ET ERVDITO VIRO,
NICOLAO PITHOEO,

Campigoberti Domino,
S. G. S. Salutem
plurimam.



Quum ad Caesarum res gestas, à Julio ad Rodolphum, qui nunc imperio potitur, breuiarijs & notis illustrandas, me, tū amicorū exhortatio, tum seculi nostri facies, meique ingenij modulus, ante triennium pertraxisset: & quatuor tomis iā editis, Iustiniani Augusti, fortium Imperatorum Orientis extremi, bella aduersus Persas, Vandilos & Gothos, Belisarij Narsetisque praestantissimorum ducum auspicijs ac ductu feliciter absoluta, leui verò manu (quod aiunt) à Zonara & alijs tractata viderem; necessarium esse iudicavi, ut historiā à Procopio Casariensi rhetore, viro eximio, de his bellis luculenter, & nisi fallor, prudenter scriptam, peculiari volumine typographus noster, de historia Romana non malè meritis, ederet, Agathia Myrrinei & Iornandis

Alani libros eiusdem argumenti subiiciens,
ut res mirabiles, memorabiles, ad Augustam
historiam omnium maxime pertinentes, & qua
innumeris locis seculi nostri effugit ad vivum
exhibet, suo loco & tempore lectoribus histo-
ria studiosis enchiridij forma communicaren-
tur. Pro more autem nostro, ut lectio planior
ac gratior fieret, Breuiaria singulis libris pra-
figere, notas ad marginem partim morales, par-
tim politicas adscribere visum est. Lucubra-
tiones istas, hoc historico codice comprehen-
sas, tuo nomini, vir nobilis & erudite, dicare
constitui, non modo tua in me benenolentia
iam pridem, & nuper erga filium meum abun-
de testata, fretus: verum etiam veteris ami-
citiæ & dulcissima communicationis nostræ
pignore certissimo confirmatus. Quoties e-
nim illius temporis recordor (sapissime certe
recordor) quo de rebus serijs, & ad veteris no-
strique seculi historiam pertinentibus gratis-
sima collocutio inter nos vigeat, toties ani-
mo meo recurrunt tua illa de recentissimis
Europa turbis presagia: cuius cladem, nisi ar-
dentissimis ad Deum Optimum Maximum
precibus, emollire quum in nobis haud situm
sit, officio pietatis, si non plene, saltem cordate
defuncti, veterum principum & populorum
æstus intueri, nec modo nostris, verum etiam
alienis malis meliores euadere cupimus. Vi-
de igitur

de igitur, dum Iustini, principis eximij, hi-
storiam tibi offero, num graues illa animi tui
cogitationes aliqua ex parte oculis tuis pre-
sentes fiant. Equidem ea mens mihi fuit, vt
qua de rebus varijs olim vtro citroque collo-
quia miscebamus, in compendium quoddam
reducta, venerandeque antiquitatis velo ob-
ducta, prudentia tua examinanda commit-
terem: vt si quid utile gratumque in lucem e-
mifero, tuae in nos benevolentiae genio potius
quam meo ingenio candidus lector tribuere
dignetur. Vale, Vir nobilis & erudite,
meque, vt facis, semper ama. V.

ID. February, Anno immen-

sa Dei patientiae M. D.

XCIIII.

* iij.

